



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

14. De commendato & precario.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P . XIV.

De Commodato & precario.

1 **C**ommodatum est rei alicuius ad solum sum
gratuita concessio, (rei) domus, equus, vellus,
pecunia non nisi ad ostentationem, & vinum (ad
lum vsu) in quo differt à pignore & deposito, quod
eorum usus non conceditur, à mutuo, in quo uel
fertur dominium, non in commodato. Dicunt
gratuita concessio, ad differentiam locationis.

2 **C**ommodatarius etiam leuissimam culpam pa-
stare debet, si in eius solius gratiam commodata
fuit.

3 **R**es commodata ante tempus reuocari non po-
test, nisi præter opinionem graue aliquid eveniat.
Alias iniuriam infert repetendo, ante tempus pa-
scriptum. *Aduuari quippe nos non decipi beneficio-
portet.* l. in commodato. §. sicut. ff. eodem. Ex
mutare quis consilium non potest in alterius duratio-
num reg. 33. in 6.

Quod autem in gratiæ necessitate ante tempus
commodatum repetere possit, patet, quia non con-
setur se obligasse ad inopinatum euentum, qui gen-
tis commodauit: quandoquidem quisque præsum-
tur ex re sua magis sibi ipsi quam alteri prospic-
velle. Pecarium fermè conuenit cum commo-
dato. Strictè tamen loquendo in eo differunt, quod
commodatio fiat ad certum tempus, vel certum
sum, ita, ut antea res commodata à dominore
non possit, eo autem finito, restituenda sit, licet non
repetatur. Nam dies statuta pro domino interpellat
magnam. C. de contrah. stip.

Precarium est, quod precibus petenti vtendum concedi-
tur, quamdiu is, qui concessit, patitur.

In preuario non præstatur culpa, nisi lata sit, quæ s-
dolo æquiparatur.

NB. Precarium non solum in rebus corporalibus,
sideriam in iuribus constitui potest, veluti, si me
precario roganteris, ut per fundum meum ire tibi
eat. Soluitur precarium 1. expressâ voluntate con-
cedentis. 2. Voluntate tacita. 3. Morte eius, cui con-
cessum fuit, & non transit ad hæredes, cum sit veluti
garia personalis.

Precarii contractus est, de quolib. 3. decret. per
spem aliquid vtendum conceditur in perpetuum,
vel ad tempus pro annua pensione, aut gratis ob re-
munerationem beneficiorum, idque ante tempus
reuoocari non potest, præterquam si à Prælato Eccle-
sie irrationaliter concessio facta fuerit; tunc suc-
cessor eius reuoicare poterit.

C A P. X V.

De Mutuo.

Mutuum consistit in rebus, quæ sub eodem ge-
nere functionem recipiunt, videlicet quæ in
numero, ponde re, aut mensura consistunt, id est, pe-
culia numerata, vinum, oleum, frumentum. Illa e-
stum dicuntur functionem recipere, quia sub eodem
genere adeò similia sunt, ut in commutationibus vel
ablationibus alterum alterius vice fungi possint, &
libent redi vel eadem omnino, vel aliæ eiusdem
variae & qualitatis & bonitatis. v. c. Vinum yetus
povetere, nouum pro nouo.

In mutuo rei datae dominium transfertur, non i-
tem in commodato. A permutatione & em-

M m a ptione